

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

Capvt LVII. Tertia moralis monstrorum caussa, vt non tam pœna, quàm medicina; divinoru[m]q[ue] Sacramentorum commendatio, & procuratio virtutis, conseruatioq[ue] castitatis sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

Hunc modum eos plectere vellet, omnes siluae monstris impletur. Nimirum pulchra est haec statio pro illis; aliud stabulum paratum est: sicut & pro heroicè pugnantibus aliud calum. Hinc mirari non debent, si illis bene bellantibus male est. Eque magna praemia, ac magna supplicia, in futurum differuntur.

## CAPVT LVII.

Tertia moralis monstrorum causa, ut non tam pena, quam  
medicina; diuinorumq; Sacramentorum commendatio,  
& procuratio virtutis, conseruatioq; castitatis sint.

**V**ob regi Nabuchodonosori profuit, profuit etiam alijs multis. Monstrofi fuerunt corpore, vt animo fierent pulchri; aut vt pulchri permanerent. De rege Babylonis, qui iactus didicit sapere, ipse rex loquatur. *Nunc Dan. 4. 34.* Igitur ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico, & glorifico regem cali; quia omnia opera eius vera, & via eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare. E qua confessione non pauci verosimiliter colligunt, Nabuchodonosorem septennali sua monstritate castigatum serio ad Deum verum fuisse conuersum, totoque corde contritum atque humiliatum; proindeq; etiam iustificatum; quin etiam, cum non diu superuixerit, saluatum. Dorothei haec sunt verba: *Cum Nabuchodonosor peccatorum suorum remissionem adeptus esset, dedit Propheta regnum suum; & nec panem, nec carnem comedit, nec vinum bibit, Domino confessus, Nam hoc illi Daniel praeceperat, ut leguminibus & herba vescens Dominum placaret.* Eadem ferè habet Epiphanius, quæ ostendunt diuersos in diuersis esse flagellorum Dei effectus. Nam Pharao per flagella & prodigia Numinis magis induruit, ac in sua cæcitate mortuus æternum damnatus est. Haec sunt dispensatio judicii Dei, qui cuius vult, miseretur, & quem vult, indurat. *Rom. 9. 18.* Vterque fuit rex, vterque tumidus & superbus, vterque contemtor Numinis; in eodem lecto dormierunt; eodem morbo agrotarunt; unus fuit assumptus, & unus relictus. Et, ut tanto

magis

Joseph. Dorotheti in Sy-  
nopsi. Epiph.  
in vita Dani-  
elis. Lyras.  
Carthus. & ut  
videtur etiam  
S. Augustini.  
ep. 122.

Doroth. in  
vita Danielis.

magis timeas omnipotentem, cum alio illum rege compara. Salomon à teneris vnguiculis fuerat piè educatus, & religiose vixerat; quin tantæ fuit iustitiae, quantæ sapientiae; in senio tamen à mulieribus depravatus, idola coluit; qua de causa, multi eum esse Orco addictum arbitrantur. Nimirum qui stat, videat ne cadat. Nabuchodonosor autem, qui in sceleribus omnem vitam traduxit, in fine vitae conuersus est, æternum inter beatos futurus; ut nemo desperet, aut dicat, actum defesse esse. Ad hoc ex rege hoc monstrum factum est, ut disceremus, è monstris homines, immò reges fieri posse. Lucrofa est metamorphosis, vbi pena pœnitentiam operatur.

## II.

Io. Nider. l. 2.  
Form. c. 9. &  
lib. 4. c. 10.

commendatio diuinorum Sacramentorum. Noni aliquando nobilem & denotum militem (ait Ioan. Nider, quem alio loco Boarum nominat, & tanquam sanctum militem, cui quinque annis ante obitum mors sua fuit reuelata) qui uxorem pulchram habuit deceptam occulè paulisper à quodam adultero, cui satis conglutinato amore affecta, & infecta erat. Expertus illud miles maritus prudens, qui animam perdite uxoris curare volebat, secrete uxorem accersuit, vultum eius (ut mihi miles resulit) horridum nimis vidit; ei sanctis & pijs monitionibus contritionem super scelere, & pœnitentia Sacramentum suafit; & per Dei gratiam ad hoc exequendum usque perduxit. Quo facto & sacramentali sumta pani tentia a sacerdote recedens, easlo marito militi visa est pristinam recuperasse facie speciem totalliter, quam antea sensibiliter perdidisse videbatur. Hæc ille. Ac sanè conscientia sapenumero per vultum emicat, vt si illa patiatur tempestatem, etiam rugæ in frontem, & nubila in oculos veniant, respondeantque teter vultus, & teter animus. Et vult Deus vel in corpore subinde ostendere animæ deformitatem. Quod si autem pœnitentia Sacramentum hanc in corpora vim habet, quantum habebit in animas, quam non in illas reducet venustatem? cùm ex illis tollat peccatum? cùm omnem maculam emaculet? cùm in eam gratiam reducat? cùm charitatem resuscitet? cùm iustitiam, omnemque virtutem moralem ei restituat? qui virtutū chorus, est verus nitor, & vera mentium pulchritudo, Mirum est,

est, hominem, ut hominibus placeat, nolle esse vultu monstrum; & ne Deo dispiceat, non curare animæ sua monstrositatem.

Sicut autem, dum medici morbos curant, morbi vicissim medicos commendant; ita fit in diuinis Sacramentis, dum sanit prodigia, fiunt prodigiosa. Neque ea vis soli est Sacramento pœnitentia. Baptismus quoque ut hoc genere inclaresceret, & morbos fœdos pepulit, & deformitatem. An. 1298. Rex Tartarorum Cassanus, quem Magnū vocant, cum ducentis equitum millibus Syriam finitimasq; regiones occupauit. Facta est tanti victoris potentia omnibus formidanda. Quare Rex Armeniae, quamvis Christianus, eius viribus exterritus, non ausus est filiam suam illi negare, quam in matrimonium poposcerat, quia pulcherrima esse dicebatur. Illa, post aliquod tempus, è viro suo Caffano edidit in lucem partum tantæ deformitatis, ut rex maritus nullo modo illum veluti suum voluerit agnoscere, quod monstrum videretur. Vocab ad consilium primarios: de ipsorum sententia uxorem veluti adulteram, partum veluti ex adulterio susceptum ultimo supplicio adiudicat. Quo fugeret innocens mulier, nisi ad innocentia defensorem Deum? Itaque deplorata sua infelicitate ad preces sacras se contulit, illi questa iniuriā, cui soli cognita erat iustitia causæ. A precibus vbi surrexit, ignara cōsilij, quoē regente duceretur, saltem rogauit, vt si bi priùs quām moriendum esset, liceret sacrī vndis abluere eum, quem peperisset. Annuit rex, deditq; id faciendi potestatem; ea tamen lege & conditione, ut adessent baptismo aliqui fidei spectatae viri, vna cum rege, ne qua fraus intercederet. Mira res: quām primū baptismō tintus est puer, adeò repente venustus formosusq; apparuit, ut rex prodigijs magnitudine permotus, cum plurimis satraparum, qui aderant, plebemq; sibi subiectam post se traxerant, manus non menq; Deo dederit, maximumq; rei Christianæ factum sit incrementum. Quis neget hanc vim baptismō? cūm penetret usque ad animæ labem abluendam, cur non & corporum menda posset, Deo iubente, emendare?

Quod si puer iste non fuit satis monstruosus, alia super-

Hhhhh 3

sunt

III.

Thom. Bez.  
tom 1. de  
Sign. Eccles.  
l. 1. c. 16. ex  
Io. Villano.  
lib. 8. cap. 35.  
Anno 1298.

IV.

Niceph. I. 8.  
hist. Eccl.  
cap. 25.  
Sozom. I. 2.  
c. 7. Bozius  
t. I. l. 1. c. 16.

sunt & maiora, & quæ, dum baptismi virtutem ostenderunt, magnas Christo animas lucrata suæ. Nam, et si alij aliter hanc historiam referant, sunt tamen etiam qui affirment, Tyridatem Armeniæ regem, imperante Constantino, Christum hac occasione secutum. Postquam enim variè Christianos vexauit, tempore Diocletiani, visus est sibi cum multis suorum in porcum mutari. Agnoscebantur præstigia & spectra, sed nulla erat ars, quæ ab eis regem cum suis liberaret. Solus Gregorius Thaumaturgus eum cum suis asseclis, aquis baptismi præstigiæ figuræ & moribus restituit. Quo signo moti Armeni longè lateq; Christi cultum amplexi sunt. Nicephorus sic rem narrat: *Cum Gregorius ille, qui miraculis edendis clarus fuit, multa à Teritate propter Christum passus, & post multas variasq; malorū species, ad quatuordecim annos, fons & cœnosa & caliginosa inclusus esset, Teritates ipse eius gentis princeps, cum domo sua tota, & cum optimatibus dininæ iræ vindictam est expertus. Ad vitam enim simul & formam porcorum redacti seipso denorabant. Ceterum ex fone illâ extractus D: Gregorius, uno signo omnibus Christum collere persuasit: & suilla forma atq; vita liberatos, institutum nostrum complecti coegerit, delubra eis construxit, sacra arcana & mysticæ crificij celebravit, & nouis miraculis demones ex ea regione exturbauit. Sunt qui Gregorium unâ cum Teritate ad Imperatorem magnum Constantinum venisse tradunt, eumq; tam miranda & inopinata audientem magnopere latatum esse, & Gregorium ipsum totius eius regionis episcopum ordinatum eò mississ. Aethiopem lauare posse aquam illam, quæ è porcis homines fecit, quis dubitet? Hoc nimurum est inter Mundum & Deum discrimen; Circe ex hominibus porcos, Christus è porcis homines fecit, hoc est, è porcis, humanos & homine dignos mores esse iussit. Quare & ipse Teritates tum demum verè esse homo cœpit, cùm monstrum esse desit.*

v.

Quoniam autem supra leprosos quoque, inter monstra numerauimus, quibus nihil est immundius, dicendum nunc est, hoc etiam pacto multos fuisse monstruosos, ut Deus palam faceret, quanta sit baptismi vis ad animam mundandam, si potuit à corpore lepram abstergere. Nam quemadmodum o-

lim

Him Naaman ad Iordanem missus & gentilismi errorem ex animo, & lepra fecitatem ex cute exterminauit; ita multi postquam sacro se fonte tingi passi sunt, etiam corpore esse iuridi desierunt. Sic S. Gaugericus Episcopus Cameracensis obuim peccatorem lepra punitum, ubi meliora doctum ablegauit ad sacerdotem baptismō imbuendum, dupli morbo curauit. Vnā enim & interioris, & exterioris hominis squallor ablutus est. Sic Arnulphus Metensis episcopus mendicūm victum & amictum potentem, cùm lepra esset coopertus, etiam sanitatem donauit, quando eum, sacra vnda, qua nondum erat lustratus, perfudit. Quæ illustria sunt documenta, morbos aliquando immitti, ut medicus ametur, cuius tam salutaris est medicina.

Verum nihil illustrius potest esse, quād quod de Constantino Magno fertur, eum vtique non alia de causa fœdo lepra morbo contaminatum, quād vt à Christi medicina, etiam animæ pharmacum acciperet. Ad quod illi profuit innata pietas. Medicis enim balneum crudelitatis præscribentibus, dicentibusq; sanguinem cæsorū infantium præsens huic malo esse remedium; auersatus hanc immanitatem, maluit ipse agrotare, quād alias suis sanandi causa occidi. Quare dignus fuit, vt de celo manus medica illi porrigeretur. Operæ pretium est, historiam ab alijs quidem compluribus perstrictam, sicut à S. Hadriano Pont. in epist. ad Constantimum & Irenen Augustos missa, & secundo Concilio Niceno intexta narratur, hoc apponere. Cūm aliquando Constantinus Imperator per noctem somnum caperet, ecce B. Apostoli Petrus & Paulus dormienti astiterunt dicentes: Quandoquidem sanguinis effusionem horruisti, miseri sumus a Christo IESV Domino, dare tibi sanitatis recuperanda consilium: audi ergo monita nostra, & fac omnia quecumq; indicabimus tibi. Silvester Episcopus civitatis Romanae, ad montem Soracte persecutions tuas fugiens, in cavernis petrarum eum suis clericis latitat. Hunc cūm ad te adduxeris, ipse tibi piscinam ostendet, in quam dum tertio menses sit, omnis te valetudo deseret lepra. Quod dum factum fuerit, hanc vicitudinem Saluatori tuo compensa, ut omnes, iussu tuo per orbem totum Romanum Ecclesiæ

4. Reg. 4.

Sur. II. Aut  
gusti Loan.  
Melan. in  
Natalib. SS:  
Belgij.

Sur. 16. Au  
gusti.

VI.

Zonaras. t. 5;  
Niceph lib. 7.  
hist. Eccl. cap.  
33. Baron.  
An. 324. Sur.  
in vita S. Sil-  
vestri. 30. De-  
cemb.

800 Cap. LVII. Causa monstorum ex parte Dei beneficentis.

Ecclesia restaurantur: tu autem purifica te, ut relicta omni superstitione idolorum, tu Deum unum, qui verus & solus est, adores, & excolas, & ad eius voluntatem te dirigas. Exurgens itaque a somno Imperator statim conuocat eos, qui obseruabant palarium & secundum tenorem somni sui mittit ad monte Soracte, ubi Silvester erat, Profectus inde Silvester peruenit ad regem, ad quem ingressus, inquit: Pax tibi & victoria tibi de Cælo ministretur. Quem cum rex alaci animo & vultu suscepisset, omnia illi, que facta, quæ sibi reuelata fuerant, exponit. Inde percunctatus est quinam isti essent dij, Petrus & Paulus, qui illum visitassent ob causum salutis sua, & eius latebras detexissent? Silvester respondit: Hi quidem Di non sunt, sed idonei serui Christi, & Apostoli electi ab eo, & missi ad initiationem Gentium, ut credentes salutem consequantur: Cumque ille hac diceret, interrogare coepit Augustus, utrumnam ipsos Apostolos haberet aliqua imago expressos, ut ex pictura disceret, quos revelatione docuerat. Tunc S. Silvester missio diacono imaginem Apostolorum sibi exhiberi precepit. Quam Imperator afficiens ingeni clavore crepit dicere, ipsos esse, quos viderat: nec debere iam differre Spiritum sanctum ostensionem piscina, quam istos promisso sua saluti memorabat. Constructo itaque lauacro, Constantinus, cum sacro rore tinctus esset, confestim est sanitati pristinæ restitutus. Dinde non immemor accepti beneficij, ecclesiæ Dei exadficare coepit, columnas earum passim sacris imaginibus in memoriam incarnationis Domini nostri IESV Christi, omniumque Sanctorum reverentiam ornauit: nec alia de causa, quam ut Christianismum in lucem & veritatem, Deoque cultum procheret, & omnes gentes a cultu Idolorum & diabolica deceptione conuerteret. Constantinus inde, ut gratiam tanti beneficij Silvestro referret, edictum, quod nunc o. Cal. Aprilis datum legitur, scripsit, in quo hac historia enarrata, adiicit, se ad referendam gratiam Silvestri omnibus ad amplitudinem & dignitatem Apostolica sedis ornandam insignibus decorare, atque eundem & Successores eius ipso insuper occidente donare. Tantum per lepram effecit mundi Gubernator; qua si caruisset, nunquam balneum Constantinus poposcisset. Ita & corpori Imperatoris suum decus, & animæ nitor, & baptismi nomen, & Christo gloria, Ecclesiæ denique ingens emolumentum, per impera-

imperatorij morbi squallorem, accessit. Nullus Chiron, nulla Podalirij manus tam fuit felix, vt non solùm morbos, sed etiam morbis sanaret.

Nec Baptismum honorauit tantum monstricas in eo sanata, sed ipsa etiam monstra à Baptismo abhorrentia atque refugientia. Vt enim vespertilioes lucem oderunt, ita sacra ista profani spiritus execrantur. Anno 1554. Stetini natus est infans, cuius vertici capitis insedit massa carnis, imaginem testudinis rufæ præ se ferens. In cervice, muris instar, caudam tulit carnosam, sed albescensem, sine pilis. Capite erat Theristico, extantibus terribiliter oculis. Hic tam notatus infans cum portaretur ad Baptismum, mirabili corporis gyratione, horrendis vociferationibus, gestibusq; in hac ætate inauditis, denique dirissimis modis aduersatus est baptizatu, vt ingens omnibus astantibus terror incuteretur. Quid aliud voluit hoc monstrum, quam cælum & orcum inter se pugnare? Quaenam 2. Cor. 6. 14. participatio iustitia cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quaenam autem conuentio Christi ad Belial? Vos quoque, peccatores, monstra estis; si vultis sanari, ecce præsens est in Sacramentis diuinis medicina: sin pertinacia placet, nolite sacra profani contaminare.

In hanc rem si velimus animum intendere, plurifariam talia contigerunt, vt etiam ceteris diuinis Sacramentis autoritas adderetur. Sicut enim, quando prateriens IESVS vidit hominem cæcum à natinitate: & interrogaverunt eum discipuli eius. Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut cæcus nascatur? Respondit IESVS: Neq; hic peccauit, neque parentes eius: sed ut manifestentur opera Dei in illo: ita & sæpe alias evenit. Notissimus ibat per Sueciam puer, quem itidem mater cæcum peperat. Hunc S. Rembertus secundus Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopus, in Sueciam profectus, pontificali ritu, sacro christmate inunxerat; & quem cæcum terigit, vngendo reddidit, videntem. Quo prodigio vnâ & puerum, & regnum illuminavit. Ad eundem modum etiam Faro-Meldensis Episcopus populum curata cæcitatem ad fidem formauit. Cum enim sacro christmate promiscuam plebem confirmaret, adductus est; inter

Iiii confer-

VII.

Iac Fincelius  
de miracu-  
stri temporis,  
& Schenck.  
obleruat. 16.

VIII.

Surius 4. Febr.  
Octobr.

Surius 18.

882 Cap. LVII. Causa monachorum ex parte Dei benefacientis;

confertam multitudinem, etiam cæcus puer, quām primum chrismate vñctus est, lumen cæli, quod nunquam antea videbat, iucundissimè aspergit. Itaque geminum ex hoc sacramento fructum reportauit, in animo gratiam, in oculo sanitatem. Quod signum cùm in nostrum documentum factum sit, mirum est, tam multos vsque in seram ætatem differre huius domini susceptionem; immò aliquos tam infrequenter id conferre.

IX.

Ioan. Nider.  
lib. 2. Formi-  
carij c. 7.

Plura, ex huiusmodi corporum deformitate, aut vitijs, commoda prouenisse, etiam in SS. Eucharistiæ laudes, ostendunt qui perugiles libros lucubrauerunt. Inter quos Ioannes Nider pius pariter & pereruditus scriptor refert, paulo prius, quām Coloniam missus esset, ad litteras addiscendas, fuisse inibi, intra ciuitatem, duas insignes virgines, eadem matre & mente natas, vnanimes, in vna eademque domo degentes, & sponso Christo virginitatem consecrantes; contentas victum tenuem manuum labore quæritare. Ita ad incuriam vsq; corporis grassatur cura castitatis. Sed præ omnibus epulis illis erat suave epulum Eucharistiæ. Harum vnam, cælestis sponsus primore aspectu, duriter, postea tamen amabili euentu probavit. Cùm enim diuini pabuli desiderio ingenti teneretur, atque ad id etiam magna animi pietate soleret accedere, tanquam indigna repulsa est, in hunc modum. In morbo cecidit, cumq; ita grauem, ac tantopere innalemcentem, vt nervis, quibus labia & mandibulae solent moueri, se contrahentibus, etiam adhibito totius corporis conatu, os diducere ad cibum sumendum non posset. Enimvero ea erat contracti oris vis ac pertinacia, vt labia, etiam liquido iusculo sumendo vel vix, vel etiam penitus, cochleari, aut argenteo instrumento non possent aperiri. Adeò mandibula superior inferiori tenaciter cohærebat, vt concreuisse viderentur. Erat itaque non mirabilis duntaxat, sed etiam miserabilis virginis huius aspectus. Siquidem arctissima conducti oris compressio trucem, & diram minantem vultum efficiebat. In hunc modum affectam virginem non tam sollicitabat cibi sumendi cupiditas, quām timor, ne sacratissimum Christi viaticum omittere cogeretur. Cuius sumendi desiderium tanto amplius crescebat, quanto se videbat

bat morti viciniorem, quantoque credebat, illud magis necessarium ingressuræ iter æternitatis. Negabant omnes, qui eam aspicerant, fieri posse, ut sacramentum hunc panem sumeret, quæ etiam coctæ gallinæ liquorem sorbere nequibat. Ut tamen fatus fieret tam ardenter cupienti cuiuscumodi posset, vocatus est sacerdos, qui ei de peccatis confessæ, venerabile sacramentum sub oculos exhiberet adorandum; ut, quod re ipsa atque ore sumere non poterat, saltum fide, desiderioque manducaret. Adsuicit mysta, qui postquam eam à peccatis absoluimus, dominicum quoque corpus, ab ea venerandum, manu dextera eleuavit. Mira vis, & eximia virtus Euecharistiae! statim ut eā Spuma Christi conspexit, præter omnē spem & opinionem, animaduertit sibi vires rediisse in corpus, internoque animæ instinctu impulsa, os reseravit, accepitque in omniū oculis, quem tantis votis desiderauit. Quod miraculū omnes inflammauit præsentes ad illum laudibus extollendum, qui non solum mutorum ora soluit in loquaciam, sed etiam labia aperuit, ad cœlestem cibum capiendum.

Matrimonij Sacramentum venerabile est, ideoq; & ipsum paulo priùs ostendimus illustratum, per mœchæ monstrosum faciem, pœnitentiāmque, formā iterum in integrum restitutā. Quia tamen voluntariæ virginitatis status perfectior, Deoque acceptior est, ideò Deus multos voluit potius esse non pulchros, quam non castos; quin & ipsi nonnulli pīj sanctiū homines deformes fieri maluerunt, ut virgines permanerent.

Soror Angela de Trinitate, Carmelitana, filia Mareschalli de Briesch, cùm ob formam aliaq; natura dona a magnis proceribus in matrimonium expeteretur, faciem aqua imbutam soli exposuit, ut decu forma deperiret, & procorum oculis minus arrideret. Inconveniens etiam nobilium fatuam sè tardamq; simulauit, proposito suo nulli, quam sibi, perspecto. O quam sapiens fuit hæc stultitia simulata! Olim Dauid, ut mortem euaderet, vitamque suam conseruaret, immunitus os suum coram hostibus, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in os porta, defluebantq; salinae eius in barbam: hæc, quia erat una de numero prudentum, manifesta videri fatua, quam placere alijs oculis, nisi Christi. Vnde

X.

Paulus de  
Barri in so-  
litud. Hagi-  
philz. 5. die  
medit. 2. dis-  
fert. pome-  
rid.

1. Reg. 21. 13.

Iiiii 2 mentis

804 Cap. LVII. Causa monstrorum ex parte Dei beneficentis.

Cant. 1. 5. mentis quæsiuit, non frontis venustatem, ut verè dicere posset,  
nigra sum, sed formosa. Multæ aliae, dum genas pingunt, dum  
foco illitæ iuuenibus fucum faciunt, Deo nauseam creant, ut  
eas sinat labi in mille fœditates. Quemadmodum olim, quan-  
4. Reg. 9. 30. do venit Iehu in Iezrael, Iezabel, introitu eius audito, depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum, & respexit per fenestram in-  
gredientem per portam. Quid hoc suo ornatu Circe ista retulit? quid illi facies picta dedit? jussa per fenestram in plateas præ-  
cipitari, canibusque obiecta, est deuorata; ita istæ pigmentis  
maculatæ, à Deo proieciuntur, & non raro illis ipsis, quibus  
se ornant, reddunt fastidiendas. Quis enim cerullatas amat?  
quis non odit fucum & fumum destructores oculorum? Sapi-  
enter igitur se se soli exposuit colorandam Angela de Trinitate,  
quia sic effugit & principes, & opera tenebratum. Non  
enim tantum fugit matrimonium, sed multa alia, quæ solent  
eiusmodi formis contingere. Pellem mutauit, ne mutaret  
virtutem. Æthiopissa facta est, ut animi seruaret candorem.  
Aliae etiam plus impenderunt, cum viderent periculo simul  
stare venustatem corporis, & mentis integratatem. Vates fuit,  
qui dixit:

Sed te decor ifse, quod optas,

Esse vetat, votoq; tua forma repugnat.

Metam. Quid oculis charius esse solet? castis virginitas. S. Bri-  
gida, inter totius Scotiae puellas facilè omnium pulcherrima,  
XI. & hoc ipso à multis amita, à Christianis parentibus filio suo  
Sur. tom. 1. in matrimonium petebatur. Ast illa, quia virginitatem Deo  
Febr. 1. consecrārat, sponsum Christum enixissimè precata est, ut ali-  
quo corporis vitio illam deuenustaret, quo procantium cupi-  
ditas frangeretur. Nihil erat in tanta forma oculis elegantius.  
Itaque cum oculorum decore maximè placuisse, alterum su-  
bito vlcere percussum diuinitus amisit. Antiquis dictum est:  
Exod. 21. 24. oculum pro oculo. Hæc virgo, ne Christum perderet, oculum  
perdidit. Quid dico perdidit? ingenti lucro mutauit. Siquidem ipse Christus oculus illius fuit: cui lusca tanto visa est  
Math. 5. 38. formosior, quanto alij magis ab ea postea abhoruerunt. Vi-  
cisti, puella, ipsa deformitate felix.

No. 1

Non tua virginitas aubus libata sinistris,

Nec tua ab humana est zona recincta manu.

Verè illud Seruatoris didicisti : si oculus tuus dexter scandalizat Matth 5.29,  
te, erue eum, & proice abs te. Quod consilium etiam secuta est  
altera illa admiranda, non imitanda Virgo, de qua Ioannes  
Moschus hæc habet : *Quidam vir fidelis narrauit nobis, cùm in Euiratus in  
Alexandria essemus, tale quiddam. Sanctimonialis (inquit) que- prat. Spiriti  
dam sedebat in domo suâ vitam solitariam ducens : salutisq; sua cap. 60.  
valde sollicita, jeunijs ac vigilijs vacabat iugiter, multasq; faciebat  
eleemosynas. Sed bonorum omnium semper inuidus diabolus tantas  
in virgine virtutes non ferens contra illam puluerem excitauit. Im-  
misit enim cuidam adolescenti turpem de illa diabolicamq; cupidini-  
mem. Manebat autem extra limen eius adolescentis. Cùm ergo Vir-  
go illa domo sua vellet egredi, atq; ad ecclesiam orationis gratia ac-  
currere, ingerebat se illius oculus improbus & impurus adolescentis,  
nec illam egredirenebat, amatoria quedam verba procacibus nutibus  
illius surrangs, adeò ut jam pra nimia molestia cogeretur virgo do-  
mo suanuquam progredi. Die igitur quadam misit ancilam suam  
virgo ad illum, ut ei dicerez : Veni, vocat te Domina mea. Abiit ergo  
ad illam gaudens & sumpnum committere gestiens. Sanctimonialis  
sedebat in cubili suo. Ingresso igitur adolescenti ait : Sede. Cumq; se-  
disset, dic oro te, frater, inquit illa, cur ita mibi molestus es, nec per-  
mitis me domo mea egredi ? Respondit adolescentis : verè, Domina,  
te multum amo, & quando te inspicio, totus in tui concupiscentiam  
inflammor. Qna ait ad illum : quidnam in me pulchrum vidisti, quia  
sic amas me ? ait adolescentis : oculos tuos : ipsi enim seduxerunt me.  
Virgo verò ut audiret, quia oculi eius illum seduxissent, sumpto gla-  
dio mox oculos eruit. Hoc autem cùm vidisset adolescentis, eruuisse sci-  
licet sibi Virginem oculos, compunctus corde abiit in Scitum, ibi q; sa-  
culo renuncians effectus est probatissimus monachus. Quis non di-  
cat hoc esse monstrum ? sed monstrum felicissimum. Nemo  
enim vñquam vel cæcum ducem sapientiore consilio est secu-  
tus, quam iste iuuenis ; vel se maiore lucro exoculauit, quam  
hæc virgo. Duobus enim his oculis duæ animæ sunt seruatæ,  
virginis & iuuenis. Sed monui iam suprà, quædam Sanctorum  
facta plus habere admirationis, quam imitationis. Hinc sal-*

805 Cap. LVII. Causa monstrorum ex parte Dei beneficentis.  
tem discere licet, quām homini sāpe forma inutilis sit ad pudi-  
citiam rūtanḍam.

Iuvenal. Sa-  
tyr. 10.

Formam oī: at modico pueris, maiore puellis  
Murmure, cūm Veneris fānum vides anxia mater.  
Sed verat optari faciem Lucretia, qualem  
Ip̄sa habuit: cuperet Rutila Virginia gibbum  
Accipere, atque suam Rutila dare: filius autem  
Corporis egregij miserōs trepidosq; parentes  
Semper habet. Rara est adeò concordia forma  
Atque pudicitie.

XII.

Beda lib. 4.  
hist. Anglor.  
cap. 19.

Scio, neminem esse suorum membrorum dominum, ne-  
que concessum hominibus, vt scipios mutilent, dominus est  
tamen membrorum nostrorum Deus, qui condidit nos. Illius  
igitur autoritatē atq; instinctu multa fecerunt sancti miran-  
da potiūs quām imitanda. Inter quæ & istud est, ex quo per-  
spicuē cernimus, virtutis amantes pulchritudinem longè pra-  
tulisse corporis venustati. Quod Deum fecisse clarum est in  
exemplo S. Brigidæ, cui ipse oculum ademit, ne virginitatis  
decus adimeretur. Quamquam etiam plures fint, quæ pecu-  
liari Numinis impulsu, vt animæ seruarent integritatem, cor-  
pus deformarunt. S. Ebba (cuius mentionem facit Venerabili-  
lis Beda, vbi miranda describit eius, quæ illi successit, Abba-  
tissæ) Ethelfridi regis generosa filia, Antistitam agebat in  
Collinghamensi cœnobio, sollicitaq; erat admodum, ne vel  
ipsa, vel alia illi concredita ouicula contaminaretur. Probè  
enim sciebat mores militum. Danis igitur se se in Angliam cū  
exercitu infundentibus, nec procul inde omnia vastantibus,  
totum virginum suarum cœtum in unum locum convocavit.  
Ibi eas huiuscemodi verbis est allocuta. Charissimæ sorores,  
& in Christo filiæ, haud ignoratis, in hoc regnum nostrum  
fauos & impios Gentiles, hostem crudelem irrupisse; qui om-  
nia peruidit, neque mortalium ulli parcit; non immunes sunt  
ab eius tyrannide mulieres, non tuti infantes; loca sacra æq;  
ac profana contemerat; neque templorum, neque hominum.  
Deo dicatorum ullam habet rationem. Aedes pariter ac vir-  
gines sanctas violat, Denique quidquid offendit, perdit. Peri-  
culum

culum audistis, etiam præsidium accipite. Si enim meo consilio vultis auscultare, spero, penitusq; confido vos mecum, diuina adiuuante gratia, tyrannidem nobis imminentem eausuras, virginitatemq; quam Deo voulisis, æternum conservaturas. Facile consenserunt omnes, quod iam dudum statuerant. Cum itaq; vna voce respondissent, se consilium & exemplum illius secuturas, Abbatissa prima, in conspectu omnium nouaculam arripuit, & quasi de Mutij Scæuola genti esset, ipsa sibi nasum à surmo, vñà cum superiore labro abscidit, dentesq; fœdum in modum retexit. Hoc exemplum ceteræ omnes imitatae, se ipsas pariter denasauerunt. Erat tunc miserabilis & verè monstrosus earum aspectus; qui superuenientes hostes ita deterruit, vt nullam omnium cuperent attaminare. Quas igitur venerant violatas occisuri, intactas, in suave Numinis holocaustum vñà cum monasterio concremarunt, ipsi naso suspensi, quia nimivra nasuti prædam male odorati fuerunt. Horrentur alioqui monstra, has sine naribus ac labris virgines monstrolas factas, Deus tanto magis amauit, tamquam ipsa monstrositate decoratas.

Ad hanc classem pertinet Ascetes ille, qui castitatem & virtutes alias p̄ studijs sedulò meditans aequali decertauit agone. Is XIII.  
cū expugnari omnino non potuisset, nullamq; aduersarijs vincendi  
fem reliquissit, post innumera tormenta, in lecto vinculis ligatus reponitur: & mulier impudica ad eum immittitur, qua illum comple-  
dens, exosculans, manusq; petulanter ad membra secreta adhibens,  
procacissimè ad rem illicitam, nihil prorsus lasciuia, & illecebrarum  
pratermittens, concitat. Iste aliud, quod faceret, non habens, lingua  
ipſe suam morsu concisam, dentibusq; comminutam in faciem  
meretricis expuit. Qua re sibi ipſi quidem pro voluptate acres dolores,  
impudica autem illi probrum atque stiporem, cum acerbitate,  
tam vehementibus illis illecebrarum insultationibus superior, conciliavit.  
Et sicuti in certamine pudicitia aduersus eam viator fuit, ita  
paulo post vitam martyri sigillo confirmauit. Nimirum qui didicit  
vulneratus vincere, meritò triumphauit moriendo; & mortuus est,  
vt triumpharet. Pergite, qui castitati cauetis, virtutem hanc adumbrare;  
si non fas est vobis linguam præmorde-

re, li-

re, licet tamēn vobis cum Paulo corpus castigare, & Bagellis  
sauire in terga, & ibi quoque erubescere. Veneris faces, qua  
vino accenduntur, sanguine extinguntur. Nemo se hic ex-  
cuset, nemo inermem putet ad pugnandum pro castitate. Hic  
iuuenis vincitus, cūm alia omnia deessent, telum in ore reperit,  
quod impudicæ Thaidi in faciem iacularetur. Nimirum hæc  
oratio illius fuit:

Senec. in  
Hercule fur.

XIV.

*Grauient catena corpus, & longa fame  
Mors protrahatur lenta, non vincet fidem  
Vis villa nostram: moriar, o numen tuus.*

Petr. Ranz.  
Panormit. in  
vita eius. l. 3.  
cap. 1.

Quid de lingua amissa sanctus queratur? si hæc taceat,  
omnibus membris potest Christum prædicare. Et scimus,  
multos elingues, ipso Cicerone disertiū diuina vi fuisse locu-  
tos. Ita si tyrannus membro exempto monstrum voluit face-  
re, Deus monstrum prodigo condecorauit. Quanquam om-  
nino digni sunt hoc plestro, qui eo nōrunt in diuinis laudes  
vti. Illi autem, quibus hæc in ore caro mille parit infernos,  
dum lingua Deum blasphemant, dum homines impetunt, dum  
viperas agunt, *quorum os maledictione plenum est*, magni meritò  
beneficij loco habere debent, si linguam amittunt, aut velut  
capistro inieicto eam sentiunt impediri. Vincentius clarum  
inter Patres Dominicanos sidus, & ob tot tamque illustria pro-  
digia meritò miraculosus Prædicator, aliquando Valentia, in  
solenni D. Ioannis Baptista festo die, ad populum, in publica  
concione dicebat. Dum verba faceret, per confertam multi-  
tudinem, in medium adducta est mulier muta, quæ in omni  
vita sua nunquam fari quiuerat. Animaduersa fide eorum, qui  
famnam adduxerant, cœpto orationis argumento paufam in-  
teriecit Vincentius; oculisque aliquamdiu in cælum eleuatis,  
postea ad mulierem conuersus mutam interrogauit: *Quid vis  
filia?* Illa extemporali prodigo respondit: *Panem volo, & offi-  
cium lingue.* Attonitis omnibus, ait Vincentius: *Panem qui-  
dem quotidianum, quam diu vixeris, habebis: officium verò lingue  
non poteris impetrare: pro futura enim utilitate tua Deus voluit te  
tali beneficio priuare.* Si enim loquendi usum habuisses, tanta fuisset  
lingua tua mordaxitas, ut vitam corporis & anima perdidisses.

Merito

Merito ergo Deum magnificare non cesses; & cayc ne ab eo ulterius peras, quod non immerito denegabit. Ad hæc mulier denuò clare articulateque respondit: Faciam, quod hortaris; & cum dicto confessim rursus obmutuit. Obmutuerunt stupore & alij qui aderant, & aliquantum ad silentium admiratione redacti tacuerunt, præsertim illi, qui eam adduxerant; postea laude & gratijs Deo dictis, adductam domum reduxerunt; vbi postquam septem annis superuixit, mortem piè religioseque obiit, ipso vitæ exitu testata, melius sibi fuisse, loqui non potuisse, quām malè esse locuturam. Quod etiam alia lingulæ & blateratrices fæminæ optare deberent. Minùs enim deforme est, defectu corporis, quām virtutis laborare. Quamuis & malus spiritus linguam subinde vincitam teneat, ne Deum laudet. Hinc electo demonio locutus est mutus. Itaque & tacere aliquando malum est, & loqui bonum; aliquando autem satius, non posse loqui, quām nimis loqui; vt & silentium, & eloquium à Deo, vel diabolo possit prouenire.

Quemadmodum autem grande beneficium fuit huic mulieri, linguæ vsu fuisse destitutam, ita & alia pia feminæ, ut pudicitiam tuerentur, ipsam formæ suæ destructionem, tanquam beneficium, à Deo petierunt. Adeò quod monstrorum est Mundo, pulchrum est Deo. S. Liberata, alioqui Wilgefortis, apud Belgas Ontkommera, Germanis Onfummersnuß dicta, Regis Portugalliae filia, clam Christiana nescio parente, omnium totius regni formosissima habebatur, quam speciem vnâ cum virginitate Christo addixit. Sed non defuit generofa menti tentator, vt virtutem etiam pugna redderet illustriorem. Abierat è mortali vita mater eius. Pater qui sine vxore nolebat viuere, cùm sponsam circumspiceret, nullam potuit hac filiâ suâ vel nobiliorem, vel venustiorem reperire, quæ videbatur ex omnibus gratijs composita. Ethnicus igitur homo nihil faciens reverentiam sanguinis, eam in coniugium expectit. Liberata exhorruit petitionem incestam, potiusque milles mori maluit, quām consentire in nuptias tam inauspicatas. Quid, inquietabat, pater meus Oedipum aget? ego eadem & filia, & vxor illi ero; filij autem mei, si quos genuero, fratres

XV.

Martyrolog.  
Rom. Molan.  
ad Vsuardū,  
& Abbas An-  
husan. in  
Stemmat.  
Christi. 20.  
Iulij post  
Bartholom.  
Riccius in  
triumph.  
Christi cruci-  
fixi.

Kkkkk mei

*340 Cap. LVII. Causa monitrorum ex parte Dei benefacientis.  
mei vocabuntur? Absint à me tales nuptiae? Quæ nullas volo,  
etiam acceptabo inhonestas? Quàm infandus hic esset Hyme-  
næus? An non*

*Pronuba Tisiphone thalamis ulularet in iussu?  
Et caneret mœstum denia carmen aus?*

*Primùm precibus agens,*

*Da mihi perpetua genitor charissime, dixit  
Virginitate frni, dedit hoc pater ante Diane.*

*Postea etiam grauioribus verbis tedas iugales execrata est.  
Vidisses contrarios vtrinque motus. Quantum filia à tali  
connubio abhorrebat, tantum impurus parens ambiebat, cuius  
desiderium ipsa negatione incendebatur. Itaque in eo res erat,  
vt filiam quantumvis matrimonium detrectantem, regia po-  
testate adigeret ad nuptias adornandas. Quòd fugeret inno-  
cens virgo; iubente patre, cogente rege, nisi ad eum, qui est  
rex regum, & naturæ Dominus? Illum ergo contentissimis  
precibus oravit, vt id, quod patri maximè esset illecebrosum,  
& cauſa tam infandæ petitionis, in se mutaret, formamq; il-  
licem insigniter deuenustaret. Audijt hoc votum Deus, atque  
vna nocte ita eam vehementer deformauit, vt die altero viri  
non feminæ amplius speciem præferret. Barba enim hispi-  
da, & prolixa mentum illius genasq; contexit vndique, verum  
hoc omnibus & subitum monstrum videbatur. Parens ita de-  
mutatam nec pro femina, nec pro filia agnouit, sed, quod  
comperisset, esse Christianam, diris eam tormentis subiectam,  
tandem in crucem clavis affixam crudelissimè interemit; hoc  
ipso postea, in toto terrarum orbe celebratam, quia barbata  
virgo mori maluit, quàm incæsto coniugio fœdari.*

XVI.

*Matth. 10.30.*

*Luc. 21.18.*

*Tanta est Numinis prouidentia, tanta Conditoris cura,  
vt Christus verè dixerit: *Vestri capilli capitis omnes numera-  
ti sunt;* & quidem ita numerati, vt alibi addiderit: *Et ca-  
pillus de capite vestro non peribit.* Quod si capillus de capite non  
cadit, sine prouidentia Dei, multò minus sine eadem prouiden-  
tia illi accedit. Numinis igitur & sapientia & bonitas est,  
etiam fœminæ barba, sub qua tutò castitas potest latere, quæ  
utique plus pulchritudinis habet, quàm illa etiam in hoc sexu  
barba.*

barba monstrositatis. Quare etiam in hunc numerum apponenda est Romana illa vidua, de qua D. Gregorius ita scribit: *Gothorum temporibus Galla huins urbis nobilissima puella Symmachi Consulis ac Patrii filia, intra adolescentie tempora marito tradita, in unius anniversario, eius est morte viduata, quam dum ferente Mundi copia ad iterandum thalamum & opes, & etas vocaret, elegit magis spiritualibus nuptiis copulari Deo, in quibus à luctu incipitur, sed ad aeterna gaudia peruenitur, quam carnalibus nuptiis subiici, quae à letitia semper incipiunt, & ad finē cum luctu tendunt. Huic vero cum valde ignea corporis conspersio inesset, cœperunt medici dicere: quia nisi ad amplexus viriles rediret, calore nimio contra naturam barbam esset habitura. Quod ita quoque post factum est. Sed sancta mulier nihil exterius deformitatis timuit, quae interius sponsi caelestis speciem amauit: nec verita est, si hoc in illa fœdaretur, quod a caelesti sposo in ea non amaretur. Mox ergo ut eius maritus defunctus est, abiecto sacrulari habitu, ad omnipotentis Dei servitium se se apud B. Petri Apostoli Ecclesiam monasterio tradidit, ibique multis annis simplicitati cordis atque orationi dedita larga indigentibus eleemosynarum opera impendit. Cumque omnipotens Deus perennem iam mercedem reddere eius laboribus decrenisset, cancri ulcere in mamilla percussa est. Nocturno autem tempore ante lectum eius duo candelabra lucere consueuerant, quia videlicet amica luce non solum spirituales, sed & corporales tenbras odio habebat. Qua dam nocte quadam ex hac eadem iaceret infirmitate fatigata, vidit B. Petrum Apostolum inter utraque candelabra ante suum lectum constitisse. Nec perterrita timuit, sed ex amore sumens audaciam exultauit, eiique dixit: quid est domine mihi, dimissa sunt mibi peccata mea? cui ille benignissimi, ut est, vultus, inclinato capite annuit, dicens: dimissa, Veni. Ita igitur ad celestia regna viam inuenit Galla, quae maluit esse barbata, quam maritata.*

Capitis hucusque & mamillæ defectus utiles extitisse ostendimus, in alijs etiam totius corporis vitium morbusq; virtuti profuit. *Angadrifina virgo, in Gallia, Lothario regnante, fuit, quae cum a parentibus Ausberto Principi viro, qui postea Rothomagensem Ecclesiam erexit, inuita desponsaretur, multis cum lacrymis*

S. Greg. lib. 4<sup>o</sup>  
dialog. c. 13.  
Vide de hac  
ead. Fulgen-  
tium in ep ad  
Gallam.

## XVII.

Sur. tom. 1<sup>o</sup>  
in vita eius.

Kkkkk. 2

lachrymis

812 Cap. LVII. Causa monstorum ex parte Dei benefacientis.

lachrymis Dominum obsecravit, ne suam pollni virginitatem patet. Moxq; lepra morbo totum corpus occupante, obfudit atem, intacta dimittitur; & ne in incerto esset, cur id mali ei accidisset, continuo sana enasit. Quæ vñquam femina opportuniis ægrotauit? quæ pulchrius monstrum mundo exhibuit? Nisi velu

Maxim. Sandzus in scho-  
la affectuum  
pior. dec. 8.  
n. 3. ex Sutio.

heroidem illam, illud patientiæ prodigium illi anteponere. Virgo fuit Lydvvina, domo Hollanda, patriæ sua decus immortale, qua ne virginitatem perderet, forma decus, quod in easumnum, petijt sibi anferri ab eo, qui facilis esse solet ad istiusmodi virginum, votum. Sed & morbus addidit, ne proco alicui voluere esset, morbo-  
rum conflugem in unius corpusculi angustijs hospitantem cum spou-  
sa domum ducere. Itaq; mansit in domo paterna, ubi videre erat  
adolescentulæ membrorum omnium officio orbata, manibus, geni-  
busq;, monstri instar, reptantem, & nunc truncu, nunc scabello per  
domus angulos se promonentem. Sed alias sibi locus postulat mor-  
borum numerum & genera, qua hanc virginem, sideris instar  
micantem, deuastaverunt. Hic satis est, ostendisse, quibus  
monilibus Deus sponsas suas exornet, ut seruet. Quod etiam  
de S. Petronilla quidam memorauerunt, deformata corpore,  
ne animo deuenustaretur.

### XVIII.

Ioan. Nider.  
lib. 1. Form.  
cap. 10.

Si, quod Salomon in Canticis Cantorum fecit, ut nu-  
ptias amoreinq; spiritualem, ac supernaturalem animæ nostra-  
sponsum, nuptijs, amoreq; & sponsis naturalibus expre-  
set, idem mihi fas esset; dicerem Christum in historia sanctissi-  
mè fecisse, quod in fabulis Poëta fixerunt ab iniqua Junone  
impie factitatū, cùm Calisto vitium passa, in vrsam est mutata,  
Christus aliam non violatam mutauit; sed ne violaretur, sub  
vrsi forma seruauit illibatam. Res digna est stilo, quam per-  
eruditus Theologus meritò in exemplum virginez constantiz  
recensuit, atque in veritatis testimonium sibi notam eam vir-  
ginem affirmauit, Claram re, nomine, & opere. Hæc ea forma  
atq; ætate fuit, quam in vrbe certatim adolescentes ambiuit;  
ut ergo vitam castam Deo dedita ducere posset, rure ma-  
luit, atque in vili villula degere, quam in ciuitate, atque in-  
ter iuvenes quotidie periclitari. Inuidit Orcus hunc illi loco,  
quare de portu eam conatus est in procellas retrahere. Ad  
quod

quod consilium duo subsidia adhibuit, & quod nubilis esset scilicet, & quod paupercula. Terræ igitur illius dominus vi conatus est illam in matrimonium dare seruo suo, ut ex eo matrimonio mancipia adipisceretur. Duo sunt modi, quibus isti tales vntuntur, blanditiæ & minæ. Blanditijs prius vti placuit. Sed quia eas omnes forti pectori reiecit puella, ad minas animum conuertit dominus, qui, (cùm illa Spartanæ generositate respondisset: *Ingenua, scio, sum corpore, sicut omnis parentela mea testatur: idcirco libera castimoniam elegi, quam absit ut Deo subtraham, & tradam homini,*) in iram exarsit. Utq; superbi solent, qui nihil sibi sine contemtu negari arbitrantur, vi agendum ratus; ut quod illecebris non poterat obtinere, minis terroribusq; impetraret, more tyrannorum. Verùm quia generosas animas minæ minus percellunt, quām infidelse blanditiæ, denuò illa dixit, se minas non morari, neque verò etiam cruciatus, si mille astarent carnifices cum omnibus suis tormentis, nunquam tamen se in nuptias consensuram. Exitit hinc magnum certamen inter virginis constantiam, & pertinaciam domini. Servilis vita & conditionis rusticus felicitur, ei coniugium Claræ destinatur, si pati iniuriam cogret, quod facere voluntaria nolebat. In hanc rem turris aperitur, reis custodiendis ac furibus asseruandis alioqui destinata. In eam ambo deducuntur, campinguntur, includuntur. Ibi fuit virtutis & flagitij palæstra. Sed fortior fuit virtus. Illoco enim iniuncta virgo in angulum carceris se recepit, è quo tutius pugnatura, fronti, ori, pectori crucis figuram immisit, inuocataq; diuina ope, ituenem allocuta.

*Antea, ait, moriar, quām sit tibi copia nostri.*

Video enim quoisque tu, & dominus tuus tendatis. Violentia vti si voles, violentè peribis. Elige de duobus vnum; aut mihi non appropinqua, meque intactam relinque; aut si me inuaseris, quando aliter me defendere non possum, occidam te, manusque feminæ diceris interemptus. Erat enim Clara hæc robusto corpore, & viribus valida, castitatisque amore ardens. Vix hæc dixerat, cùm repente alia fieri visa est, figuramque amittere qua iuueni placebat. Siquidem

Kkkk 3

Brachia

314 Cap. LVII. Causa monstrorum ex parte Dei beneficium.

Quid. lib. 2.  
Metam.

Brachia cœperunt nigris horrescere villis,  
Curvariq; manus, & aduncos crescere in ungues,  
Officioq; pedum fungi, laudataq; quondam  
Ora viris, lato sieri deformia ricta.

Plenaq; terroris rancu de gutture fertur.  
vox iracunda minaxq;

Hoc prodigo perterrefactus rusticus horrendum in modum  
cœpit vociferari, magnisque clamoribus dicere, ad eos, qui  
pro foribus stabant: Aperite, queſo, carceroe, aperite, vſam,  
non coniugem mihi dedijſis. Accurritur, reſerantur foreſ, exilit  
infelix nuptus, virgo pristino ſchemate humanaq; facie altat,  
& gaudet ſe vſam potius egiffe, quam lupam; quæ dimiſſa ē  
turri, poſtea ſine interpellatione Deo ſeruire permitta eſt. Fra-  
trem itaque iuuenem, & multas alias virgines ad idem virginis  
tatis conſilium attraxit, docuitque in paupertate & caſtitate  
ſuperis parem vitam agitare. Et quia audierat, gratius eſſe  
Deo, ſi virginitatem voto ſtabiliret, quinquagenaria demum  
votum caſtitatis, coronidis loco, anteactæ in tot meritis vita  
adiecit. I nunc, & dic monſtra in mundo non eſſe debere,  
quæ diuinæ prouidentiæ ſapientiam bonitatemque tantopere  
commendant. Quamuis enim ordinem naturæ mutare vide-  
antur, tamen Numinis ordinem non inuertunt. Reſtegitur.

S. Augustin.  
lib. Medit.  
cap. 29,

D. Augustinus Deum ita laudat: Qui omnem creaturam tuam  
absque indigentia aliqua poſides, & ſine labore gubernas, & absque  
radio regis, & nihil eſt, quod perturbet ordinem imperii tui, vel in  
ſummis, vel in imis.

C A P V T L V I I I .

Quarta monſtrorum cauſa diabolus ſe transfigurans, ut  
probet, terreat, puniat, & ſuam deformitatem  
deſegat.

I.

Auſſam dixi, ob quam Deus benignissimè voluerit  
virginem, instar vrfæ apparet: hac enim forma per-  
territus eſt lupus, qui ouī insidiabatur. Quo pacto au-  
tem, in vrfæ ſpecie virgo fuerit teſta, non puto eſſe diſputan-  
dum. Sunt enim Deo multi modi, quibus id fieri potuit. Bene  
fecit

quod consilium duo subsidia adhibuit, & quod nubilis esset scilicet, & quod paupercula. Terræ igitur illius dominus vi conatus est illam in matrimonium dare seruo suo, ut ex eo matrimonio mancipia adipisceretur. Duo sunt modi, quibus isti tales vntuntur, blanditiæ & minæ. Blanditijs prius vti placuit. Sed quia eas omnes forti pectori reiecit puella, ad minas animum conuertit dominus, qui, (cùm illa Spartanæ generositate respondisset: *Ingenua, scio, sum corpore, sicut omnis parentela mea testatur: idcirco libera castimoniam elegi, quam absit ut Deo subtraham, & tradam homini,*) in iram exarsit. Utq; superbi solent, qui nihil sibi sine contemtu negari arbitrantur, vi agendum ratus; ut quod illecebris non poterat obtinere, minis terroribusq; impetraret, more tyrannorum. Verùm quia generosas animas minæ minus percellunt, quām infidelse blanditiæ, denuò illa dixit, se minas non morari, neque verò etiam cruciatus, si mille astarent carnifices cum omnibus suis tormentis, nunquam tamen se in nuptias consensuram. Exitit hinc magnum certamen inter virginis constantiam, & pertinaciam domini. Servilis vita & conditionis rusticus felicitur, ei coniugium Claræ destinatur, si pati iniuriam cogret, quod facere voluntaria nolebat. In hanc rem turris aperitur, reis custodiendis ac furibus asseruandis alioqui destinata. In eam ambo deducuntur, campinguntur, includuntur. Ibi fuit virtutis & flagitij palæstra. Sed fortior fuit virtus. Illoco enim iniuncta virgo in angulum carceris se recepit, è quo tutius pugnatura, fronti, ori, pectori crucis figuram immisit, inuocataq; diuina ope, ituenem allocuta.

*Antea, ait, moriar, quām sit tibi copia nostri.*

Video enim quoisque tu, & dominus tuus tendatis. Violentia vti si voles, violentè peribis. Elige de duobus vnum; aut mihi non appropinqua, meque intactam relinque; aut si me inuaseris, quando aliter me defendere non possum, occidam te, manibusque feminæ diceris interemptus. Erat enim Clara hæc robusto corpore, & viribus valida, castitatisque amore ardens. Vix hæc dixerat, cùm repente alia fieri visa est, figuramque amittere qua iuueni placebat. Siquidem

Kkkk 3

Brachia